

www.e-rara.ch

Sophoclis Tragoediae

Sophocles

Lipsiae, 1810

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-119418>

Godofredi Hermanni observationes ad nuperam editionem bucolicorum.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

GODOFREDI HERMANNI OBSERVATIONES

AD
NVPERAM EDITIONEM
BUCOLICORVM.

In adnotationibus, quas poëtis bucolicis adiecisti, ut pleraque mihi visa sunt egregia, de quibus emendationes in Theocr. VII. 70. XXIV. 38. in textum illatas vellem, quaedam reperi, in quibus a te dissentiendum putarem. Haec benevole excipias rogo.

Ad p. 5, 16. Est sane hic vitium metricum, sed non in *τύχαν*, verum in sequentibus verbis. Neque enim hi versus heroici sunt, sed Priapeii. Veram lectionem, in quam, quum hos versus adspicerem, statim coniectura incidi, totidem litteris exhibet editio Zach. Calliergi, *δέξαι τὰν ὕληϊαν*.

Theocr. I. 150. nihil mutandum esse, docet Eustathius ad Homer. p. 1 49, 4. Theocriti verba interpretans *πρὸς κρᾶναις ὥρᾶν*.

II. 159. *Κἢ μὲ* nusquam invenitur pro *κα μέ*. Et

sic potius verba collocari debuissent, αὐτὸ δὲ κ' ἔτι με. Quare aut defendendum erit κῆμὲ pro καὶ ἐμέ, aut alia facienda emendatio. In priore versus parte non dubito quin scribendum sit, νῦν μὲν μιν φίλτροις καταθύσονται, sive tu malis νιν: de quarum formarum usu nescio an umquam certi futuri simus.

III. 33. Cur ἔγκειμαι, persequor, urgeo, incumbo, mutandum sit, non video.

— 41. Rectissime vulgo ἐλὼν. Nam si ornatum poeticum omisisset, non μᾶλ' ἐνὶ χερσὶν εἶχεν, sed εἶλε dixisset.

IV. 5. Ne hic quidem scio, cur Doricum ἀμείλγες improbetur, nisi ob codices, quorum exigua in hoc genere auctoritas est.

— 7. Ὀπώπη, nisi fallor, agnoscit Greg. Cor. p. 117. Nec dubito quin hoc perfectum sit, Herodoto III. 37. ὀπώπες dictum. Inde aliud verbum natum est, ὀπωπέω, bis in Orphei Argonauticis occurrens. Neque in Theocr. IV. 40. V. 33. XI. 1. λελόγγει et πεφύκει mutare ausim, ut praesentia Dorica. Monet enim maxime versus XI. 1. in quo si πέφυκεν scriberetur, verborum ne idonea exempla desint, quibus in illa hexametri versus sede syllaba per ν paragogicum producta inveniat.

— 21. Non potest comparari τὸ ποταῶον, τὸ Λακίτιον. Sic enim interpungendum. Hic vero quidni perversitas orationis meliore distinctione tollatur:

VIII HERMANNI OBSERVATIONES

αἴθε λάχοιεν τοὶ τῷ Λαμπριάδα, τοὶ δαμόται ὄκκα
 θύοντι τῇ Ἥρᾳ, τοιόνδε.

V. 47. At in vulgata lectione oratio longe magis poetica est.

— 148. Recte vulgo legi *πρὶν ἢ γ' ἐμὲ*, versus docet, aliter mala caesura laboraturus.

IX. 21. Non dubito quin vulgata multum praestet correctioni Valckenarianae.

XIV. 22. At vulgatam etiam scholiastes agnoscit, nec quidquam caussae video, quare mutetur. Immo studio quaesita ambiguitas ita, ut vulgo, neque aliter legi postulat.

— 37. Non mutanda est vulgata distinctio, non solum ob caesuram bucolicam, sed etiam quod utrumque orationis membrum nomine ἄλλος incipere debet; maxime vero, quod ὑποκόλπιος, secundarium vocabulum, nullo modo in initio poni potuit.

XVI. 4. Certissimum est, apud Homerum Iliad. VI. 479. recte legi *ἐῖπησι*, apud quem et haec formula saepius invenitur, et aliis locis coniunctivus pro futuro est.

XVII. 66. Aliquid similitudinis habet Eurip. Troad. 1229. ὦ πότ' οὔσα καλλίνικε μῆτερ.

XXIV. 68. Vereor ne καὶ ὧς scripserit, post verbum autem 69. exciderit aliquid.

— 96. Ἑστεμμένῳ et propterea displicet, quod non additum est quamquam re, et quod parum credibile est, aquam non simplici ramo, sed vittato sparsam esse.

Ἐκτεμενέον ὕδωρ θαλλῶ exquisite dictum puto de aqua ubique adhaerente foliis rami. Nam στέφειν propriè est nostrum *stopfen*. Inde idem fere est ac *congere*, ut Aesch. S. c. Th. 50. 284. ubi v. var. lectt.

XXV. 103. At καλοπέδιλα tam insolenter dictum est, ut, nisi gravissima auctoritate muniatur, non videatur defendi posse.

XXVII. In hoc carmine miratus sum, quod, quum singulos versus puella, singulos Daphnis habeat, ea lex ter violata sit.

Epigr. VIII. 3. Miror πολλᾶς a quoquam defendi potuisse. Moschi locus nullo pacto comparari potest, in quo πολλὸν adverbialiter dictum esse epicus sermo docet. Nec de ea re dubitari potest. Fortasse in Theocrito scribendum ἀντὶ δὲ βῶλον πατρίδος.

Mosch. I. 22. Non debebat codicis lectio ἐνὶ αὐτῷ recipi, quae nullum prorsus sensum praebet. Recte vulgo, modo recte scribatur, πολὺ πλεῖον δὲ, οἱ αὐτῷ βαιὰ λαμπὰς ἔοισα. τὸν ἄλιον αὐτὸν ἀναίθει. Οἱ αὐτῷ, ut idem et μὲν αὐτὸν non semel apud Homerum, abundante secundo pronomine. Quem usum tetigit Apollonius Dyscolus de syntaxi. Paulo ante, v. 19. necessario scribendum τυτθὸν οἱ.

II. 125. Nullam video necessitatem, quae vulgatam reiicere cogat.

— 128. At longe aliud est περιέρχους. Ἀλέρχους autem passivo dici potuisse non credam. Immo fre-

quens poetarum usus tantillam mutationem, ut ἀλλόγο-
θες, mihi quidem etiam efflagitare videtur.

III. 75. Si sic legeretur, ut tu corrigis, ego corri-
gendum arbitrarer, ut vulgo legitur. Nam ita longe
magis poetica est oratio.

— 125. Mihi semper visa sunt coniungi debere, ὧς
κεν ἴδοιμι καὶ εἰ Πλουτῆϊ μέλιδεις, sic ut per hy-
perbaton καὶ εἰ pro εἰ καὶ dictum sit: ut viderem, an
etiam Plutoni caneres. Certe καὶ saepe mirum in me-
dum non suo loco ponitur.

Interim prodierat Appendix ad Bastii Epistolam Criticam. Hunc libellum cum Hermanno misissem, significassemque, grata et fuisse mihi, quae de Bucolicis scripsisset, et fore, si qua alia eiusdemmodi haberet; mox a viro amicissimo has litteras accepi.

H. S. S.

Magna cum voluptate et Bastii doctam appendicem, et ea legi, quae tu ad eam adiecisti. In his tamen ea, quae p. 29. seq. de $\mu\eta\delta\epsilon$ adnotasti, dubito an non ex omni parte vera sint. Nam etsi in Herodoti locis $\mu\eta\delta\epsilon$ rectissime repositum est, tantum abest tamen, ut id in Homeri versibus fieri possit, ut id ipsi illi Herodotei loci prohibere videantur. Ego sic de hac re sentio. $\Delta\epsilon$, quod est in particula $\mu\eta\delta\epsilon$, copula est, quae quum ubique, nisi ubi $\mu\eta\delta\epsilon$ significat *ne quidem*, ad verbum primarium referri debeat, fieri non potest, quin, ubi $\mu\eta$ ad aliud verbum spectat, divisim $\mu\eta\delta\epsilon$ scribatur: $\mu\eta\delta\epsilon\ \pi\omicron\iota\sigma\upsilon\nu\nu\tau\alpha\ \tau\alpha\upsilon\tau\alpha$, $\mu\eta\delta\epsilon\ \alpha\pi\omicron\phi\alpha\lambda\nu\omicron\nu\tau\alpha\ \delta\iota\kappa\alpha\lambda\eta\sigma\omicron\gamma\eta\nu$, $\iota\theta\upsilon\nu\sigma\theta\alpha\iota\ \theta\alpha\nu\acute{\alpha}\tau\omega$: i. e. $\iota\theta\upsilon\nu\sigma\theta\alpha\iota\ \delta\epsilon\ \theta\alpha\nu\acute{\alpha}\tau\omega$, $\mu\eta\ \pi\omicron\iota\sigma\upsilon\nu\nu\tau\alpha\ \tau\alpha\upsilon\tau\alpha$. At ubi et $\mu\eta$ et $\delta\epsilon$ ad idem verbum pertinent, ibi, si aliquem ego usum Graeci sermonis habeo, numquam $\mu\eta\delta\epsilon$, sed semper $\mu\eta\delta\epsilon$ dixerunt Graeci, non quod $\mu\eta\delta\epsilon$ dici non potuerit, sed

xii HERMANNI OBSERVATIONES

quod in istis loquutionibus *μηδὲ* ut copulativum, non ut adversativum cogitare soliti fuerint. Eodem modo Latini *ac non* dixerunt, et nos *und nicht*, ubi, si haec aliter mente conciperentur, adversativae particulae locus foret. Epicae orationi *μηδὲ*, ac magis etiam *οὐδὲ*, prorsus repugnat. Neque ullum in Homero memini locum, qui *μηδὲ* scribi postulare, si verba sic, ut poeta voluit, intelligantur. Illud enim, *μηδ' οὕτως*, alius est disputationis, cognatae forsitan, sed latius tamen patentis.

P. 34. Lepida mihi visa est dubitatio de usu vocis *ταμίη*. Nam qui factum est, ut nec Reiskius, nec Bastius, nec tu recordaremini, quod centies legeratis,

αἶτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα,
εἶδατα πόλλ' ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρόντων,
et alia non pauca exempla, quae ille fons omnis Graecitatis suppeditat? In fine adnotationis tuae *non felicit*er, puto, scripseras.

P. 49. Vocabuli *οἰστροπλήξ* inventor, ut videtur, Aeschylus est in Prom. 682. ubi vulgo *οἰστροόπληξ*. Sed Rob. *οἰστροόπληξ*, cod. Viteb. *οἰστροπλήξ*. Ab Aeschylō accepit Sophocles Elect. v. 5. ubi est *οἰστροπλήγος*.

In Theocriti I. 85. scribendum puto *ζάτευ*: *quin quaere eam*. Utuntur hoc verbo Hom. h. Apoll. 215. Merc. 392. Hesiodus O. et D. 398. Vulgatae lectioni res ipsa repugnat. Neque enim quaerebat, sed fugiebat Daphnin puella. Nonnus XV. 507. p. 450, 20. *ἄ πόσα Δάφνης ἄειδεν ὁ βουκόλος· ἀμφὶ δὲ μολπῇ παρθένος ἀσιβέεσσιν ἐκεύθετο μᾶλλον ἐρίπναις,*

ποιμενίης φεύγουσα βοῆς μέλος. Adstipulatur Virgilius, qui e praecedentibus Theocriti verbis illud hausit, *tua cura, Lycoris, perque nives alium, perque horrida castra sequuta est.*

I. 95. s. fortasse scribendum, ἦνθ' ἔ γε μὰν ἀδεῖα καὶ ἅ Κύπρις, γελάοισα, ἀδεῖα μὲν γελάοισα, βαρὺν δ' ἀνὰ θυμὸν ἔχοισα. Ἀδεῖα cum ἦνθ'ε, ut constructio docet, iungendum: *venit hilaris*: v. Soph. Oed. R. 82. Λάθρια, fortasse aliquando ΛΑΘΡΑ scriptum, ex ΑΔΕΙΑ, quod male repetitum e praegresso versu pro ἀδεῖα fuerat, depravatum videtur. Sensum certe λάθρια praebet plane contrarium, quam debet.

— 102. Eustathii auctoritas quum aliquanto potior videatur codicibus et scholiis Theocriti, legendam puto: (ἦδη γὰρ φράσδ', οὐ πάνθ' ἄλιον ἄρμι δεδύκειν) iam enim dic, non omnes mihi soles occidisse. Dicuntur haec cum quadam acerbitate in hanc sententiam: iam consolare me, si vis mitis videri, tamquam qui non prorsus perierim.

II. 34. Rhadamanthi hic nomen latere, et res, et ineptum illud ῥ' ostendit. Quare, nisi singularis quaedam forma huius nominis Theocrito placuit, scribendum putem, κινήσαις 'Ραδάμανθυν, ἥ εἴ τί περ ἀσφαλὲς ἄλλο.

— 80. receptum vellem exquisitiorem lectionem λιπόντων.

— 142. Vide ne scribendum sit θρυλέωμι.

— 146. Nullum in hoc carmine indicium est, unde Simaetham colligas saltatricem fuisse. Quare merito

XIV HERMANNI OBSERVATIONES

displicebit, quod suam quamdam *αὐλητριδα* commemorat. Scholiastae explicatio *γείτονος*, lectio cod. Vat. *αὐλητρίδος*, et glossa *αὐληστρίας*, quae scribenda est *αὐλιστρίδας*, faciunt, ut credam Theocritum *αὐλιστρίδας* scripsisse. Vocabulum hoc notare videtur eam, quae in eadem domo habitat.

II. 149. *Ἐραται* metro repugnat, *ἐράται* usui. Scribendum videtur *ἐρᾷ τευ*.

— 159. Iam, si recte memini, significavi tibi, legendum mihi videri, *νῦν μὲν μιν* (s. *νιν*) *φίλτροις καταθύσομαι*.

IV. 49. Scribe *δοικόν τι λαγωβόλον*. Scholiastae, qui vulgatum tuetur, interpretatio vereor ne ridicula sit.

— 61. miror servatum *ἐνάργει*.

V. 1. scribendum videtur *τόνδε Συβάρτα*, et mox v. 5. *τὸ γὰρ ποκα, δῶλε, Συβάρτα ἐκτάσω σύριγγα*;

— 36. scribendum puto *ἄμμασι τοῖςδ' ὀρθοῖσι*.

XIV. 22. Carmen XIV. et XV. *παράλληλα* sunt, utrumque ad imitationem mimorum Sophronis factum, alterum ad virilium, alterum ad muliebrum. Vt in XV. ita in hoc quoque omnia plena sunt proverbiorum. Hinc scribendum puto; *οὐ φθελγῆ; λύκον εἶδες, ἔπαιξέ τις, ᾧ σοφὸς εἶπεν*. Hic duo sunt proverbia: unum, *λύκον εἶδες*, de his, qui lupo repente viso prae terrore obmutescunt; alterum, *τούτῳ σοφὸς εἶπεν, huic rem indicavit aliquis sapiens*, de his, qui, quod bene celatum credebatur, resciverunt. Hoc igitur dicit: aliquis, qui nescio quomodo resciverat Lyeum ab illa

amari, ludebat, *λύκον εἶδες*. Huiuscemodi proverbialia quorum magna copia est in Theocriti carminibus, nihil mirum, si a collectoribus proverbiorum praetermissa fuerunt. Simili modo defendi poterit a criticorum conatibus versus, qui legitur IV. 11. *πείσαι τοι Μίλων καὶ τὼς λύκος αὐτίκα λυσσῇν*. *Λυσσῇν* ibi proprie intelligendum puto de luporum rabie. Vis proverbii in consociatione posita est duarum rerum non sociabilium, *πείθειν* et *λυσσῇν*. Quum enim, qui lupos suadendo rabidos reddere studet, frustra sit, usurpatur hoc proverbium de iis, qui facere aggrediuntur, quod facere nequeunt.

XV. 7. nescio an *ἐκαστοτέρῳ* servandum sit, ut forma, quam vulgus usurpaverit. Modo deinde *μεν*, vel, ut scholiastes habuit, *μοι* scribatur.

— 25. Hic quoque vereor ne vulgaris sermonis exemplum habeamus, quod ex ea lectione, quae apud Greg. Cor. est, sic scribendum puto: *ὧν ἔδες, ὧν εἰπάς κεν ἰδοῖσα τὸ τῷ μὴ ἰδόντι*: de his, quae vidisti, poteris tu aliquid narrare ei, qui non vidit. Vt nos dicimus: *von dem, was du gesehen hast, hättest du auch einem, der nichts gesehen hat, was erzählen können*. Quum dicendum fuisset, *τούτων εἰπάς κεν*, videtur vulgus hoc conformasse ad similitudinem talium, *ὧς ἶδον, ὧς ξμάνην*. Sophronis mimos si haberemus, saepius parum profutura esset grammatica.

— 94. *μὴ φύλη* scribendum esse monui in censura gramm. Matth. in ephemer. Lips. 1807. n. 110. p. 1756.

XV. 125. Distinguendum videtur:

πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω, μαλακώτεροι ὑπνω,
(ἡ Μίλατος ἐρεῖ, γὰρ τὰν Σαμίαν καταβόσκων)
ἔστρωται κλίνα, τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ ἄλλα.

Iungenda enim puto, πορφύρεοι δὲ τάπητες ἔστρω-
ται κλίνα. Nam quum vellet dicere, πορφύρεοι τά-
πητες ἔστρωνται, post interiectam parenthesin aliud
ponit substantivum, eique verbum accommodat.

— 149. Mirer, si sic scripserit Theocritus, quem
ita potius dedisse crediderim:

χαῖρ', ἀγαπάτ' ὦ ὄντι, καὶ ἐς χαίροντας ἀφικνεῖ.

XXI. 47. seqq. Foedissime corrupto loco aliquid lucis
afferunt veterum librorum, maxime Aldinae et cod.
Vaticani lectiones. Scribendum puto:

τὸν κάλαμον δ' ὑπὸ τῷ κινήματος ἀγκύλον εἶχον
τῷ χέρει, τεινόμενον περικλόμενον. εὔρον ἀγῶνα,
πῶς κεν ἔλω μέγαν ἰχθύν ἀφανροτέροισι σιδαῖροις.
εἰθ' ὑπομιμνάσκων τῷ τραύματος, ἄρ' ἐμὲ νύξεις;
καὶ νύξας, ἐχάλαξα· καὶ οὐ φεύγοντος, ἔτεινα.

Hoc dicit. Arundinem manus tenebant motu piscis
curvatam, quum inflexa tenderetur. Copula, quae, si
post εἶχον, ut vulgo, interpungitur, abesse non potest,
recte abest post εὔρον, quod voce magis intenta pro-
nunciandum est, quo significetur ὄντως εὔρον. Mimi-
cam orationem, quae in hoc versu est, εἰθ' ὑπομιμνά-
σκων τῷ τραύματος, ἄρ' ἐμὲ νύξεις; parum intellexe-
runt interpretes. Volebat piscator hoc dicere: haesita-
bam, quid facerem: inde piseem accepti vulneris admo-

nens, tentabam, quid facturus esset. Pro his postremis verbis admodum venuste dicit ἄρ' ἐμὲ νύξεις; i. e. certe tu me non vulnerabis, sed ego te. Tum pergit, καὶ νύξας, ἐχάλασα: i. e. repente attracta arundine laesi piscem, statimque remisi: quumque ille non fugeret, eduxi eum. Plena oratio esset: motu arundinis pisci; vulnus renovans, cogitabam, non tamen illum mihi, sed me illi metuendum esse.

Haec nunc quidem ad Theocritum mihi in promptu erant: tu utere iis, si tibi aliquid veri continere videntur; sin minus, oblivioni tradere satius erit. Vale.